

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum detractio sit peccatum mortale? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

siue quantum ad nocumentum illatum: quia scilicet contumeliosus derogat honori, detractor fæma.

Ad primum ergo dicendum, quod in inuoluntarijs commutationibus, ad quas reducuntur omnia nocimenta proximo illata verbo vel facto, diuersificant rationem peccati, occultum & manifestum: quia alia est ratio inuoluntarij per violentiam, & per ignorantiam, ut supra dictum est*.

q. 66. a. 4.

c. 1. 2.

q. 6. a. 5.

v. 8.

Ad secundum dicendum, quod verba detractionis dicuntur occulta non simpliciter, sed per comparationem ad eum de quo dicuntur: quia eo absente & ignorante dicuntur. Sed contumeliosus in faciem contra hominem loquitur. Vnde si aliquis de alio male loquatur coram multis eo absente, detractione est: si autem eo solo presente, contumelia est: quamuis etiam si vni soli aliquis de absente malum dicat, corruptit famam eius non in toto, sed in parte.

Ad tertium dicendum, quod aliquis dicitur detractione, non quia diminuat de veritate, sed quia diminuit famam eius. Quod quidem sit, quandoque directe, quandoque indirecte. Directe quidem quadrupliciter. Vno modo, quando falsum imponit alteri: secundo, quando peccatum adauget suis verbis: tertio, quando occultu revelat: quarto, quando id quod est bonum, dicit mala intentione factum. Indirecte autem, vel negando bonum alterius, vel malitiose retingendo, vel minuendo.

ARTIC. II.

Vtrum detractione sit peccatum mortale?

A D secundum sic proceditur. Videtur, quod detractione non sit peccatum mortale. Nullus enim actus virtutis est peccatum mortale. Sed revelare peccatum occultum, quod sicut dictum est*, ad detractionem pertinet, est actus virtutis vel charitatis, dum aliquis fratris peccatum denuntiat, cuius emendationem intendens; vel etiam est actus iusti-

402

.Loc. sup.

art. 1. in-

duttis.

ar. præc.

ui 3.

cap. non

sunt au-

diendi 6.

q. 3.

iustitiz, dum aliquis fratrem accusat. Ergo detractio non est peccatum mortale.

¶ 2 Præterea, Super illud Proverb. 24. Cum detractoribus non commiscearis: dicit glossa, Hoc specialiter vitio perilitatur totū genus humanum. Sed nullum peccatum mortale in toto humano genere inuenitur: quia multi abstinent a peccato mortali. Peccata autem venialia sunt quæ in omnibus inueniuntur. Ergo detractio est peccatum veniale.

¶ 3 Præterea, August. in homil. * de igne purgatorio, inter peccata minuta ponit, quando cum omni facilitate, vel temeritate maledicimus: quod pertinet ad detractionem. Ergo detractio est peccatum veniale.

SED contra est, quod Rom. 1. dicitur, Detractores, Deo odibiles. Quod ideo additur, ut dicit † glos. ne leue putetur propter hoc, quod cōsistit in verbis.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut supra dictum * est, peccata verborum maximè sunt ex intentione dicentis dijudicanda. Detractio autem secundum suam rationem ordinatur ad denigrandam famam alicuius. Vnde ille, per se loquendo, detrahit, qui ad hoc de aliquo obloquitur eo absente, ut eius famam denigret. Auferre autem alicui famam, valde graue est: quia inter res temporales videtur fama esse pretiosior, per cuius defecum impeditur homo a multis bene agendis: propter quod dicitur Eccles. 41. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri magni, & pretiosi. Et ideo detractione, per se loquendo, est peccatum mortale. Contingit tamen quandoque quod aliquis dicit aliqua verba, per qua diminuitur fama alicuius, non hoc intendens, sed aliquid aliud. Hoc autem non est detrahere per se, & formaliter loquendo, sed solum materialiter, & quasi per accidens. Et si quidem verba, per quæ fama alterius diminuitur, proferat aliquis propter aliquid bonum, vel necessarium, debitis circumstantijs obserualis, non est pecca-

tum,

*Hom. de
sæcillis 41.
Eß ser. 4.
in die 1.
nimari,
ante me.
et eß ser.
14. in or-
dine de
santiss.
10. 10.
† gl. ord.
ibid.
q. 62. a. 2*

202 QVÆST. LXXIII. ART. II.

tum, ne potest dici detrac^{io}. Si autem proferat ex animi leuitate, vel propter causam aliquam non necessariam, non est peccatum mortale: nisi forte verbum quod dicitur, sit adeo graue, quod notabilit^e famam alicuius lœdat: & præcipue in his, quæ pertinent ad honestatem virtutis: quia hoc ex ipso genere verborum habet rationem peccati mortalis. Et tenetur aliquis ad restitutionem famæ, sicut ad restitutionem cuiuslibet rei subtrahit: eo modo, quo suprà dictum * est, cùm de restitutione ageretur.

q. 62. a. 2 Ad primum ergo dicendum, quod reuelare peccatum occultum alicuius, propter eius emendationem denuntiando, vel propter bonum iustitiae publicæ accusando, non est derrahere, ut dictum * est.

*In co. ar.
et q. 68.
ar. 1.*

Ad secundum dicendum, quod glossa illa non dicit, quod detrac^{io} in toto genere humano inueniatur: sed addit, pené. Tum quia stultorum infinitus est numerus: & pauci sunt qui ambulant per viam salutis. Tum etiam quia pauci, vel nulli sunt, qui non aliquando ex animi leuitate aliquid dicant, vnde in aliquo, vel leuiter alterius fama minoratur: quia ut dicitur Iacob. 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.

Ad tertium dicendum, quod August. loquitur in casu illo quo aliquis dicit aliquid leue malum de alio, non ex intentione nocendi, sed ex animi leuitate, vel ex lapsu linguae.

ARTIC. III.

Virum detrac^{io} sit grauior omnibus peccatis, qua in proximum committuntur?

403

*A*d tertium sic proceditur. Videtur, quod detrac^{io} sit grauior omnibus peccatis, quæ in proximum committuntur. Quia super illud Psal. 108. Pro eo, ut me diligenter, detrahebant mihi: dicit gloss. Plus nocent in membris detrahentes Christo (quia animas creditorum interficiunt) quam qui eius carnem mox resurrectam permerunt. Ex quo videtur quod detrac^{io} sit grauius peccatum, quam ho-